

# Universitätsbibliothek Paderborn

## **Instructio practica ...**

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,  
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice  
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio  
Tridentino factæ continente

**Lohner, Tobias**

**Dilingæ, 1679**

Art. II. De Principiis ad internam Actuum humanorum Regulam, seu  
Conscientiam spectantibus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

& alii opus esse luxuriæ, in quam consensit; uti ex cit. c. 5. Matt.

alligatur.

Deducitur 2. Illum, qui efficacem habet voluntatem  
ad elemosynam, si haberet, misericordiae præmium æ-  
di DEO acceptum, atque si re ipsa dedisset, quemadmo-  
n. & Augustinus super Psalm. 109. testatur dicens: *Si potes*  
*re ipsa: si non potes, affabilem te fac; coronat DEVS Volunta-*  
*tum, ubi non invenit facultatem.*

Deducitur 3. Eum, qui vult DEUM infinito amore dili-  
citem effici, non hoc ipso actum insinuatæ dignitatis & valoris eli-  
ciendo conatur, tum quia plerumque hic actus est simplex complacen-  
tia DEVM promulgarat; tum quia si actu ipso deberet poni actus exter-  
ser; plurime respondens illi interno, nova adhuc, eaque gravis diffi-  
culta sit, cum superanda foret, quæ novam utique iterum laudabili-  
tati in Matus & moralitatis intentionem causaret.

## ARTICULUS II.

Principiis ad internam Actuum humano-  
rum Regulam, seu Conscientiam  
spectantibus.

### §. I.

#### PRINCIPIUM I.

Quod non est ex Fide, peccatum est.

##### Sensus.

Hoc est, quandocunque aliquis actionem aliquam pera-  
pet vel omittit, quam Conscientia (quæ nihil aliud est, quam  
suum intellectus indicans, quid licitum vel illicitum sit)  
in ipso res vel illicite peragi, vel omitti, committit illius speciei  
evidetur peccatum, quale conscientia apprehendit, etiamsi illa actio  
Voluntatis alioqui minimè peccaminosa sit.

##### Authoritas.

Desumptum est ex Epistola S. Pauli ad Rom. c. 14. illud-  
approbant, & sic explicant communiter SS. Patres, teste  
librarium l. 1. tr. 1. c. 1. resp. 2.

Gg 4

Ratio

*Ratio.*

Quia Conscientia est Regula proxima Voluntatis, derivata à prima & principali Regula omnium humanarum actionum, scilicet à Lege Divina & æterna: ergo quidam contra hanc Legem committitur, vel omittitur, bonum ei non potest.

*Praxis.*

Hinc deducitur 1. Eum, qui putat, se ex Caritate obligari ad Proximum è periculo liberandum per mendacium, posse dare, si non mentiatur, uti cum communi docet Bonac. d. 2. de pecc. q. 4. pu. 6. n. 8.

Deducitur 2. Eum, qui Venerando SS. Imagines, amuleta, liquias putat, se Idolatriam committere, non esse invenire à tali culpa, si dictam Venerationem peragat, unius communis apud Bonac. l. c. n. 13. sentit.

Deducitur 3. Eum, qui putat, alterutram ex duabus contradictionibus actionibus committendo se peccare, omnino peccati reum fieri, quamcunque peragat, si conscientia visibilis sit; vel si invincibilis sit Conscientia, & non eligere eam, quæ minus gravis est; ut idem Bonac. l. c. n. 17. cum communi Theologorum iterum sentit.

*§. II.**PRINCIPIUM II.*

**Non laedit Conscientiam actio, quam probabilis tuetur opinio.**

*Sensus.*

Hoc est, qui non potest certò cognoscere, an actio aliqua sit licita, vel non, potest eam sine peccati scrupulo elicare, si advertat, eam à doctis & prudentibus viris, quorum Autoritas sufficit ad probabilitatem alicui sententia conciliadum, licitam judicari; modò non immineat aliquod periculum, ad quod vitandum Prudentia, vel Justitia, vel Canitudo dicter oppositam sententiam eligi debere.

*Authoritas.*

Desumptum est ex mente Vasquez, Sanchez, Medina, Tanez.

Im. Ovied. Lugonis, Amici, Lezaniæ, & plurium aliorum spud & cum Francisco Bardi discept. 4. de confœ. c. 10. s.

*Ratio.*

Quia, cùm opinio probabilis sit dictamen rationi consonane (aliоquи enim probabilis opinio non foret) hoc ipso, illam sequitur, prudenter agere, & ex consequenti necesse est censendus est; dummodo non sit nimis tenuis probabilitas, aut in materia Sacramentorum, vel judicii versus, tunc enim non licet juxta decretum Innocentii X, cap. 2. Mart. editum sententiam quantumcunque probabiliter probabiliore sequi.

Praxis.

Hinc deducitur i.eum, qui probabiliter putat, se habere  
indictionem, licet eam exercere, uti Sanch. Less. Ferd. de  
o, Fill. Villalob. Coninck. Henr. apud & cum Fran-  
Bardi disc. 4.c. 17.n.2.docent.

Deducitut 2. Doctorem non esse obligatum respondere  
suum opinionem magis probabilem, sed satisfacere suo  
ratio, si juxta probabilem aliquam opinionem respondeat,  
Becan. Regin. Bonac. Jo. Sancius & alii apud & cum  
l.c.e.20.n.2. sentiunt.

Deducitur 3. Opinionem unius Doctoris, qui ob ratione probabilem faver Matrimonio jam contracto, posse opinionem aliquorum Doctorum aliud opinantium preferri, uti etiam l.2. de matrim. d.36. docet.

6. III.

### *PRINCIPIVM III.*

In dubio melior est conditio possidentis.

### Sensus.

Hoc est, quando neutra pars, quæ de aliqua re litigat, videret probabilitibus argumentis, rem istam sibi decipere; aut certe probabilitas argumentorum utrobiusque est equa, tum illi res adscribenda est, qui actu illam bona fide possident.

G g S

Autho-

*Authoritas.*

Desumptum est ex l. 6. decret. ult. re. 65. ubi dicitur: In pari delicto vel causa potior est conditio possidentis. Habet uretiam in reg. 172. & 196. ff. Item in le. si debitor, t. 2 pignor. illudque refert Barbosa axiom. 182. cum innuenientur aliis.

*Ratio.*

Quia, cum nemo presumatur malus, atque ad eos rem aliquam illegitimè possidere, ipsa ratio dictat, non esse ipsum de hac sua possessione dejiciendum, donec efficacius rationibus probetur, rem illam, non ipsi, sed alteri capere.

*Praxis.*

Hinc deducitur 1. Eum, qui dubitat, num votum emit-  
rit, non obligari illo, ut plurimi docent apud Bardi discep-  
6.c. 1. §. 1.

Deducitur 2. Eum, qui dubius est, num commiserit pe-  
catum mortale, non esse obligatum ad illud confitendum.  
Ita Coninck. d. 7. de pcen. du. 8. Caramuel & alii apud Bardi  
1. c. c. 11. p. 4. §. 1. & Dian. p. 4. tr. 3. re 5.

Deducitur 3. Eum, qui dubitat, num vigesimum pri-  
mum annum attigerit, non teneri Jejunii lege, quia liberum  
est in possessione. Contrà verò se res habet, si quis dubitet  
de ætate ad Sacras Ordines requisita, quia presumptio & po-  
fessio est pro Præcepto, uti Laym. Sanch. apud & cum Buñuel  
1. c. t. 1. c. 2. sentiunt.

*§. IV.**PRINCIPIVM IV.*

*Dubia in meliorem partem interpretanda  
sunt.*

*Sensus.*

Hoc est, quando non certò constat, aliquem in Legem

in contra suam obligationem peccasse, semper pro ipsius Inno-  
centia potius, quam pro Delicto pronunciandum est.  
icimus: si  
ntis. Ro-  
tor, tota-  
innumerum  
e adōne-  
, non effi-  
efficacior  
alceri com-  
rūm emi-  
rdi dilectio-  
nifent per-  
nfidendum  
apud Barri-

Quod enim Scriptum est: *Ex fructibus eorum cognoscetis eos;*  
a manifestis dictum est, quæ plerumque non solent bono-  
sum fieri, ut stuprum, Blasphemia, Furta, & Similia, de qui-  
nobis permittitur judicare.

*Authoritas.*

Desumptum est ex cap. Estote. 2. de Reg. Juris, ubi illud  
Venerab. Beda refertur. Item ex le. Proximè. 3. ff. de his,  
qui in Testamento delentur; illudque refert, & cum pluri-  
us approbat Barbosa, axiom. 78. n. 1.

*Ratio.*

Quia in dubio delictum non præsumitur, sed tamdiu  
cumsumitur aliquis esse bonus, quamdiu non probatur esse  
onus uti ex cap. ult. de Præsumpt. & cap. unic. de Scrutin. fa-  
cendo in Ordin. Item ex le. Omni modo. 30. c. de inoffic. Te-  
nunt colliguntur, illudque referunt, & approbant Canisius &  
Iacobus in explic. reg. 8. iu. 6. est enim in Dubio melior Condi-  
tio possidendum Innocentiam.

*Praxis.*

Hinc deducitur 1. in Dubio, num Matrimonium, Pro-  
pria libertatis aut Dispensatio sit valida, pro valore standum esse; eò  
quod in Dubio præsumendum sit pro Valore Actus, uti in le.  
actionibus 12. ff. de Rebus dubiis & le: Quoties  
verb. Oblig. habetur, & tuetur Barbos. axiom. 13. n. 16.  
Ie. cum plurimis Authoribus, additque ex Decio, tantam  
præsumptionem, quæ oritur propter validitatem Actus,  
nam alias Præsumptiones vincat.

Deducitur 2. In Dubio, num causa pro Indulgentiis con-  
siderandis sufficiens, aut sententia, à Judice lata justa sit; aut  
qui ad Beneficium electus fuit, idoneus sit; semper pro-  
ficiencia, justitia, idoneitate pronunciandum esse, eò quòd  
in Dubio præsumatur id factum, quod erat de Iure faciendum,  
ut in argum. text. in le. quædam mulier 77. ff. de rei vindicatur.  
dictar, & à Doctoribus communiter approbari testatur P.  
Gobon. in thes. Indulg. p. 1. n. 95. & merito; quia neque præ-  
sumi

sumi prudenter potest, Superiorem ea nescivisse, quæ facere officio debebat; nec cogitari justè, quod ea quæ necessaria in tali dispositione observanda cognoverat, temerè aut malitiosè omittere voluerit.

Deducitur 3. Scrupulosum, qui dubitat, num conferrit in grave Peccatum, posse se resolvare, quod non conferrit, ut ex communi docet Busenbaum l. i. tr. i. c. 3. resp. 4. et nominativim Azor, Sanch. Vasq. Filliut. & alii assertentes, talen non debete quidquam judicare esse Peccatum mortale, nisi certò sciat.

### §. V.

#### *PRINCIPIVM V.*

**In dubio tutior pars est eligenda.**

#### *Sensus.*

Hoc est, quando agitur de damno gravi proprio alieno avertendo, aut magno bono procurando, semper pars est eligenda, per quam certius illud malum removetur, aut bonum desideratum obtinetur. Non autem procedit hoc axioma in casu, quo utraque Pars Probabilitatis limites non egredieruntur, tunc enim cum alterutram partem sequi sic pericato licet, absque gravi damno aut boni grandis jactura, non potest voluntas illum ex alterutra sententiâ practicam periculum timere.

#### *Authoritas.*

Desumptum est ex cap. Juvenis. 2. de Sponsal. & cap. audientiam 12. de homicid. Item ex cap. si quis autem de pœn. dist. 7. ubi dicitur: *Tene certum, & dimittite mecum.* Habetur etiam in Jure Civili. §. Curate 33. Inst. de actione. Item le. si fuerit 10. ff. de rebus dubiis, illudque refert, & defendit Barbosa axiom. 78. n. 2. cum Vasq. Sanch. Sayro. Salas & pilibus aliis.

#### *Ratio.*

Quia hoc ipso, quod Natura & Ratio dicit, omne malum periculum fugiendum esse, dictabit etiam minus Periculum (quod

(ule incurritur, si certiora quis eligat) præ majori eligen-

tielle,

### *Praxis.*

Hinc deducitur 1. Si Sacerdos possit habere certam  
Romanæ & Materiam in Sacramentorum (Baptismi maximè,  
& penitentiae) administratione, non posse dubiam duntaxat  
libere, uti cum Suar. Vasq. Henr. Regin. & pluribus aliis  
cor. Bonacina d. 1. q. 2. pu. 1. n. 32.

Deducitur 2. Eum, qui negativè dubitat, num actio ali-  
qua sit licita, non posse illam sine peccato exercere, uti com-  
muniter docent Authores, & colligunt ex noto axiomate Ec-  
cl. 3. *Qui amat periculum, peribit in illo.*

Deducitur 3. Eum, qui dubitat, num adsit impedimen-  
tum Matrimonii, non posse contrahere, uti docent Ferd. de  
Laym. & alii apud & cum Bardi disc. 6. c. 11. pu. 7. §. 114.  
colligitur ex Cap. Juvenis de Sponsal.

### §. VI.

### *PRINCIPIVM VI.*

Frustra remedium queritur, ubi nulla  
est læsio.

#### *Sensus.*

Hoc est, quando Finis, ob quem remedium institutum  
obtineri non potest, non debet multum in remedio quæ-  
culla aut applicando laborari.

#### *Authoritas.*

Desumptum est ex le. ex consensu. 23. §. 1. ff. de Appellat.  
aliquæ refert, & approbat Gribaldus l. 2. de Method. lit. F.  
communi Authorum.

#### *Ratio.*

Quia cum remedium tale tantum queratur, & adhibea-  
tur propter læsionem, ut supponitur, rectè infertur, cessante  
læsione tanquam fine, ipsum etiam remedium adhibendum  
nolle.

#### *Praxis.*

Hinc deducitur 1. frustra Scrupulosos angi de peccato  
a se

à se commisso in actione, si hanc ex probabili sententiā licet tam esse putaverunt, dum eam exercuerunt, uti communem docent Doctores.

Deducitur 2. Frustra provocari à sententiā Judicis, quia valorem suum quoconque ex capite non est sortia, uti in causa le. ex consensu dicitur.

Deducitur 3. Non obligari ad restitutionem Famerum, qui publicum crimen de altero in loco, in quo publicum est, narravit, uti Fagand. Lessii. Filliat. Dian. & plures apud Lugon. d. 14. de Iustit. n. 72. docent.

### A R T I C U L U S III.

*De Principiis ad externam Actuum humana-  
rum Regulam seu legem spectantibus.*

#### §. I.

#### *PRINCIPIVM I.*

Omnia sunt licita, quæ nulla lege aut Iure  
sunt verita.

#### *Sensus.*

Hoc est, quamdiu non occurrit animo, actionem, quam nec Rationi velut legi naturali, nec legi divinae humanæ contrariam esse, tamdiu credi potest, illam licet co-  
erceri.

#### *Authoritas.*

Desumptum est ex Nello de Testibus. n. 1. illudque ne-  
fert & approbat P. Gobat in tr. 5. n. 650.

#### *Ratio.*

Quia cùm hæ leges sint Regula humanorum Actuum  
à Natura & ipso Authore Naturæ propria, hoc ipso diffi-  
cile est, quidquid huic Regulæ contrarium non  
esse deprehenditur.

#### *Praxis.*

Hinc Deducitur 1. Euna, qui die Festo Sacrum audi-  
tum debere jejunum id præstare, nisi per accidentem cibis  
poterit.